

Illustris Amplissimeque DOMINE,
 Duo propemodum elapsi sunt menses, cum Optimi Parentis
 mei, Clarissimique TVLDENI literas, measque transmitterem.
 Illi, ob aedificium tuum, illud amplum veterisque structurae
 exemplum recentem tum acceptum gratiam ac iudicium
 referebant; ego vero Pompam Prospioneticam, una cum
 Libello meo supplici mittebam, quem nunc iterum benignitati
 tuae commendare audeo, ut tandem aliquando Diplomate
 Serenissimi Principis tui frui possim, quod à militibus
 Bergensibus invalidum censetur. Sed in ipso Libello supplici
 rem totam aperui. Te vero bellicis iam curis impediri
 scio, sed quia eo demisisti affectum tuum, ut ultro Libellum
 meum exposceres, in hoc exubescio: nam ut summo beneficio
 parem benevolentiam iungeres, etiam impeditus, à me
 impediri voluisti. Fero tamen, imò gaudeo. Unico enim
 HUGENIO Bergensium rabiem militum confundisse
 gloriosum mihi sit: eorum enim causam non solum non
 adire praedium meum audeo, sed etiam à nullo mortalium
 ne quidem messis potest colligi, impediuntibus iisdem militibus;
 qui hoc unicum agunt, ut totum, ^{potius} pereat, quam ad usum
 humanum minima ^{Praedii} utilitas deveniat. WENDELINVS
 noster Domum tuam quoque accepit, sed aegritudinis causam
 à multis mensibus Lovanii non fuit, venturus tamen est
 Sisce Encoeniis Lovaniensibus, quae celebrabuntur Nonis
 Septembribus: quid de luculento hoc Architectonices exemplo
 censeat intellecturi sumus. Nunc ab Optimo Parente
 et à Candidissimo TVLDENO amicissimam Salutem accipe,
 et me favoris tui radio exhilara, iuva, bea. Lovanii,
 in Arce, Kal. Septemb. M. DC. XXXIX.

Virtuti ac Dignitati Tuae
 aeternum devinctus
 Iustus Puteanus.

Hug. 37.


1667

[Faint, mostly illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or Dutch.]



1667

Nobilissimo Amplissimoque
Viro Domino CONSTANTINO
HUGENIO, Serenissimo
Principi Aviaeo a Consilio
et Secretis, etc.



Handwritten text in a cursive script, likely Latin or Dutch, including the name "HUGENIUS". The text is written in brown ink on aged, yellowed paper. The handwriting is somewhat faded and difficult to decipher in some places. There are two large, irregular black redaction marks on the page: one on the left side and one at the bottom center.

Hug. 37.